

Friedrich Daniel Behn

**Exsequias Tristes Funeri Viri Magnifici Et Illustris Antonii Diterici Wilcken Inclitae
Reipublicae Lubecensis Consulis ... Solenniter Ducendas Indicit Et Tanti Viri
Memoriam ... Commendat**

Lvbecae: Ex Officina Georgii Francisci Ivsti Roemhild, [1790?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160906>

Druck Freier  Zugang



A. D. Gütschow:

Anton Dindorf Wilken, Landyarsenier
von Labuk.

1792.

i XI

35-4°

Ji XI
b, 635.



EXSEQUIAS TRISTES

FUNERI

VIRI

MAGNIFICI ET ILLUSTRIS

ANTONII DITERICI
WILCKEN

INCLITAE REIPUBLICAE LUBECENSIS

CONSULIS

IMMORTALITER MERITI

SOLENNITER DUCENDAS

INDICIT

ET

TANTI VIRI MEMORIAM

OMNIBUS AC SINGULIS

DE MELIORI COMMENDAT

M. FRIDERICUS DANIEL BEHN

GYMNASII LVBECC. CONRECTOR

FACULTAT. PHILOS. IENENS. ASSESSOR ORDINARIUS

SOCIET. TEVTONIC. IENENS. ET LIPSIENS. SODALIS.



LVBECAE

EX OFFICINA GEORGII FRANCISCI IVSTI ROEMHILD.

Insatiabilis quaedam a prouida natura nobis insita est cupiditas, tam eorum, quae sunt praeterita, memoria recolendorum, quam quae futura sunt, quaeque effugere nequimus, quasi anticipandorum, atque cogitatione assequendorum. Quamquam reliqua omnia, quae in vitae nostrae curriculo nobis instant, tenebris sint inuoluta, quibus dispellendis prorsus impares nos esse sentimus: tamen communis hominum fors a supremo rerum omnium Gubernatore ita est constituta, ut vel tardius vel celerius ad mortem perueniant omnes. Cuius igitur quum cunctis via calcanda sit: sapientissimi quique nil stolidius esse semper arbitrabantur, quam curam earum rerum negligere, quibus mens rite praeparatur, ut illam non tamquam omnium rerum extremum, sed tamquam initium nouae vitae animo erecto et forti expectare possit ea, quam in terra uiuimus, longe beatioris.

Fuerunt quidem veteres inter philosophos permulti, quorum totam vitam Marcus apud Ciceronem dicit fuisse mortis commentationem. Ex quo si forte quaerimus, quamnam huic suae sententiae vim subiecerit: ille respondebit: sapientes illos, quum a voluptate, id est, a corpore, quum a re familiari, quae est ministra ac famula corporis, quum a negotio omni seuocant animum, quum illum ad se ipsum aduocant, et secum esse cogunt, emori discere, quum disingunt se a corporibus, mori consuescere, commentarique mortem. Quorum sapientium studia quamuis omnino relictenda non sint; tamen si de animorum post mortem conditione cogitabant, misere solebant haesitare, nec, quid statuendum esset, sciebant. Etenim ex illa oratione, qua facit Socratem, qui Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus est, Plato vnum apud iudices, iam morte multandum, quis est, qui id non perspiciat? Necessarium esse alterum de duobus rebatur Socrates, ut aut sensus omnino mors omnes auferret, somnoque similis placatissimam afferret quietem, aut ut animus ex his locis in alias transuolaret oras, quas qui incolerent, illos non posse non esse beatiores suspicabatur.

Nos autem, quibus clarissimam reuelationis lucem Deus ipse accendit, horum sapientium miseram deploramus conditionem, qui tam lamentabili solatio animum erigere studebant, ne sibi mors horribilis videretur. Nec coniectura tantum id assequimur incerta, sed plane exploratum nobis habemus, animos hominum non simul cum corporibus interire, sed quum ab illorum vinculis liberati sunt, in aliam vitam migrare, vitis scilicet imbutos in luctuosam, pietate ornatos in felicem laetitiarumque plenam. Estne igitur nostrarum partium, eo contendere, ut tota vita nostra sit mortis commentatio verior salubriorque, quam apud illos ea poterat esse sapientes, qui vel de portu illo dubitabant, in quem post tot labores, tot vitae aerumnas, votorum suorum compotes, confugere possent, vel quum de immortalitate loquebantur, eam in memoria bene redditae vitae sempiterna, in gloria ad posteros propagata contineri iudicabant, ad quam maximis laboribus periculisque contenderent, licet ipsi illam angustiis tantum dilatari, nec diuturnam esse saepius confiterentur.

At nobis, qui sacris litteris meliora sumus edocti, gloria proposita est, quae nunquam obscurabitur, vita, cuius perennitatem non seculis humanis sed ipsa aeternitate emetiendam esse confidimus. Nec clausa ad eam via, sed a Deo ipso, quae est eius in nos ineffabilis benignitas, nobis aperta est, quam qui indefesso virtutum studio, haud fucata pietate, fide in Diuini nostri Sospitatoris merito collocata ingrediuntur, eorum vita profecto est mortis commentatio optima, saluberrima atque tandem ad vitam perducens in coelitem choro beatissimam.

Sic a prima inde iuuentute commentatus mortem, sic regiam illam ingressus pariter ac feliciter emensus est viam vir ille omnibus bonis ut carissimus semper ita nunc desideratissimus, cui qualecunque monumentum exstruere iussus sum. Quod igitur ut exstruam, quantum possum, conitar non ornamentis onustum alienis, sed ut ille omnis fuci osor erat acerrimus, simplex et ita verum, quemadmodum dudum id sibi in animis exstruxit illorum, qui eius praeclaram indolem vitaeque totius rationem cognitam sibi habent atque perspectam.

Introiuit in hanc vitam Lubecae **VIR MAGNIFICUS ET ILLUSTRIS ANTONIUS DITERICUS WILCKEN**, anno seculi huius propius a fine distantis decimo et quinto ante diem tricesimum Ianuarii.

Pater **PETRUS WILCKEN**, inter primarios Lubecensium mercatores erat celeberrimus, Mater Matrona nobilissima **SOPHIA ELEONORA KLINGEN**.

Paternae stirpis auus **PETRUS WILCKEN**, ciuibus pariter atque exteris vinum vendebat tam prospero euentu, ut fundamentum iecerit mercaturae in familia sua huc usque florentissimae, atque in dies, ut ex animo optamus, florentioris, Auia **CATHARINA**, gentis **BAUERTAE**, Oldesloae nata.

Materi generis auus **ANTONIUS KLINGE**, vrbis Haderslebiae praefectus tanta erat dexteritate, tanta solertia, cui tamquam sequestro a Danorum rege praefecturae Apenradeensis data fuerit procuratio, Auia **MARIA ELISABETA HOYOL**.

Proauorum reliquorumque maiorum paterni generis quamquam ignorentur nomina: tamen illos prope Oldenburgum in Wagria agris colendis operam nauasse, ex eo nisi omnino patet, tamen non sine verisimilitudine conici potest, quia eius auus, quem supra nominavi, Krempae lucis acceperat vsuram.

Maternae stirpis Proauus erat primus **ANTONIUS KLINGE**, curiae magister Haderslebiae de ciuibus suis rebusque vrbanis insigniter meritis, Proauia prima **ANNA ELISABETA**, gente Docemia, Hamburgi nata; secundus **BALDEWINUS HOYOL**, Haderslebiae, ut praefecturae administrator, non parum inclaruit, Auia secunda **ELISABETA LUDOLFF** Hildesiae fuit oriunda.

Quum ortum a maioribus laudatissimis celeberrimisque omnes ferme soleant magni aestimare: sane multo maioris habenda est illa gloria, quam is assequitur, qui singulari mentis praestantia, sedulitate aliisque eximiis virtutibus ad honorum fastigium se euehit, in quo ex gente sua ante eum splenduit nemo. Vtraque felicitate gauisus est ille quoniam ei et pater et reliqui maiores exemplum, quod posset imitari, praeclarum dederunt, et ipse primus consularem dignitatem in domum suam induxit. Sed non potuisset ad illam feliciter adspirare, nisi quum paterna tum materna cura effectum esset, ut a primis quasi incunabulis animus eius iis rebus esset imbutus, quibus ad humanitatem, ad virtutis sapientiaeque amorem, ad morum elegantiam iuuenilis efformari solet atas. Ne igitur quicquam eorum negligerent, quae ad prolem suam rite educandam atque instituendam necessaria illis videbatur, idoneos non tantum elegerunt magistros, sed etiam, ut quasi oculis viderent, quoniam pacto in spem suam adolesceret, quosque in litteris iis, quas edoceret, arripiendis progressus faceret, domi suae illam ab eis institui educarique voluerunt. Quum ingenio praestaret sagacissimo, non tantum arithmetices praecepta accurate didicit, sed sedula exercitatione miram quandam sibi acquisiuit facultatem, huius artis regulas quantumuis perplexas atque intricatas perspicendi et ad problemata difficillima soluenda facillime applicandi. Quoniam ad mercaturam olim faciendam non tam patris exemplo quam natio quodam impetu, impellebatur: latinitatis quidem prima elementa non prorsus negligebat, sed ut linguae gallicae, geographiae, historiae aliarumque artium liberaliorum delicias degustaret atque plenius perciperet, ita maximam sibi nauandam esse operam censuit, ut vberimos fructus ex illarum perfectiore cognitione olim in se Mercurio, ut ita dicam, litantem redundaturos esse facile intellexit. Quanta animi alacritate religionis nostrae diuinae, fontis sane maximorum bonorum, praecepta salubresque doctrinas arripuerit, meditatus sit atque scrutatus, non opus est, ut commemorem, quia neminem fugit, qualis in tota vita sua fuerit summi Numinis cultor maxime pius, qualis virtutum, quibus modo veram suam praestantiam excellentioremque dignitatem religio christiana attribuit, studiosus, quam ad omnia ea, quae pietas, patriae caritas, amor ergo alios imprimis auxilii egentes ab ipso postulabat, extequenda fuerit paratus.

Postquam sic in discendo omnia illa, quae sibi cognita putabat vel necessaria vel salubria, annos sedecim contriuerat: patre suo et auctore et suatore, paternos lares deferens Francofurtum propter Moenum iter anno xxxii. fecit, non ut in hoc florentissimo emporio otia retur, sed ut in iis rebus exacte percipiendis defudaret, quibus aliquando florentes negationes patris sua filii solertia atque peritia redderet florentiores. Duce[m] sibi elegit **ANDREAM SCHEELLE**, mercatorem ut

primarium in illa vrbe ita etiam negotiandi scientiae peritissimum. Nec causa fuit, quod sui consilii, aut huius electionis illum poeniteret. Etenim sub illius viri auspiciis omnia, quae illi demandabantur, negotia tanto studio, tanta fidelitate, tanta denique peritia exegit, vt non tantum illius, cuius doctrina instituebatur, cuique inferuebat, sed omnium quoque reliquorum, quibus innotuit, favore haberetur dignissimus. Peracto sic Francofurti feliciter biennio, reuocatus a patre, primum australes Germaniae Rhenoque in primis adiacentes regiones, postea Hannoveram Castellisque inuisit, atque in patriam reuertit vtilissimarum rerum cognitione adeo imbutus, vt patris spem de se conceptam non impleret tantum, sed quoque superaret. Quantum enim in negotiis suis exsequendis adiumentum filius sibi afferret, quum pater experientia sane sibi dulcissima edoctus esset, eodem, quo reuersus erat in patriam, anno iussus est Gedanum proficisci, urbem paullo ante Russorum feroci exercitu obsessam misereque vexatam, tum temporis ab hac luctuosissima obsessione liberatam, atque ob restauratam libertatem gaudiis affluentem suauissimis. Praeclara sua indole omnes, quos adibat, amicitiae hospitiique vinculo secum coniunxit arctissime, negotia, quae pater illi demandauerat exsequenda, feliciter confecit omnia, et postea vrbe illa celeberrima relicta, Montem Regium abiit, ibique, noua amicitia cum mercatoribus primariis contracta, maritimo cursu Hafniam petiit, Daniaeque urbibus atque oppidis paullo celebrioribus salutatis, et ubique rebus suis bene gestis, sub anni eius finem Lubecam terrestri itinere reuersus est.

Non tantum autem postea patri fuit adiumento, sed sibi proprium aliquem campum quasi aperuit, in quem posset exspatiari, vt fruges, quas ipse sua sibi manu seuerat, colueratque, ipse etiam sibi meteret atque in suam ipsius vtilitatem colligeret. Quia nunc sua sibi vendidit saluberrime, nunc emit mercimonia: diuino suffultus auxilio omnia, quae conabatur, e voto sic sibi succedere et videbat et laetabatur, vt e paterna domo exiens, alteram, quam sua pecunia emerat, incolere singularemque rem domesticam instituire atque exornare posset. Qualem et quantum minaretur futurum mercatorem, ex huius ordinis hominibus primi animaduvertebant illi, quorum collegio nomen antiquum est a Scandia. In quod recepto illi nil magis curae erat cordique, quam eo contendere, vt res suas mercatorias amplificaret, nouas vias inueniret, in quibus, quantum peritia, quantum solertia, quantum dexteritas denique valeret, vel suo exemplo posset ostendere. Neutiquam itinerum molestias atque pericula metuebat, sed ad illa suscipienda promptus erat atque alacris, si inde aliquid vtilitatis in se redundaturum esse sentiebat. Quapropter anno xxxvi, negotiandi ergo Stralsundiam profectus est, et quum in hoc emporio, quae volebat, ea assecutus esset, celoce adscensa, ventis secundis nauigauit in Sueciam. Quo in regno plures menses transigere eo minus dubitauit, quo maiorem sibi opportunitatem oblatam esse intelligebat, quum mercatoriae artis scientiam augendi suam, tum fontes sibi aperiendi nouos, e quibus olim commoda haurire posset maxima. Quae quidem illi se opportunitas non tantum obtulit, sed illa etiam sic vsus est, vt sibi rebusque suis optime prospiceret. Quum e Sueonia in patriam rediisset, non otio se dedit, sed vacauit industriae, nec molestias iterum refugit, quae cum itineribus erant coniunctae, quorum prius anno xxxvii, postea an xl. Stetinum fecit, inuisitque Berolinum, Potsdampium aliasque celebriores Marchiae vrbes et sic tandem, itinere illo peracto, nec postea nouo suscepto, Lubecam se recepit.

Omnia illi huc vsque e voto contigerant, nec hariolabatur, sibi instare anno xliii. tot aduersitates, quibuscum colluctandum sibi esset. Quas inter patris carissimi obitus in primis tristitiarum erat plenissimus. Fato, nescio quo funesto, illi, a quo genitus erat, a quo educatus, cuius quum tenerrimo amore tum consilio prudentissimo delectatus adiutusque, ante diem xv. Nov. eripiebatur. Quanto etiam affligebatur moerore: tamen diuino solatio recreatus se virum praefecit, cuius animum vt prospera fortuna non efferret, ita aduersa non infringeret. Quo matris, tristissimae viduae afflictionem mitigaret, se illi in mercatura faciendam, quemadmodum pater iusserat, focium adiunxit, nec quicquam illi fuit prius, nil antiquius, quam omnibus viribus eo conniti, vt haberet mater blandissima, quo posset vulnera nisi omnino sanare, tamen maxima ex parte lenire.

Sed nube tandem pulsa, condidiorem diem oriri postero anno vidit, quum ante diem ii. Decembris cum Virgine Nobilissima, omnibusque, quae sequiorem sexum exornant, virtutibus conspicua, CHRISTIANA SOPHIA, filia Viri admodum reuerendi JOHANNIS ALBERTI CORDEMANNI, qui sacro pastoris munere Lemfoerde in Westphalia summa fidelitate fungebatur, matrisque HEDWIGIS BARBARAE, sororis Consulis Magnifici AUGUSTI SIMONIS LINDHOLTZII, de Lubecensium republica immortaliter meriti, matrimonii vinculo se coniungeret. Cuius quidem coniugii felicitas tanta fuit, vt non tantum eius posterum, qui nunc viuunt, sed etiam ferissimi nepotes aliquando illius animo recordaturi sint laetissimo. Quamquam filium vnicum breui post natiuitatem demortuum lugeret: tamen illi filia suauissima animo non minus quam corpore praestantissima, SOPHIA HEDWIGIS nata est, vnica spes, vnicum eius in virili et senili aetate solatium. Nil ipsi contingere potuit optatius coniugio, quo filiam illam suam Viro Nobilissimo, Clarissimo ABRAHAMO GÜTSCHOW, mercatori primario, qui vt iam de republica magnis meritis est, ita maioribus existit conspicuus, quemque nominare est laudare, anno lxxv. a. d. xxxi. Januarii felicissimo omine iunxit. Cuius connubii fecunditas tanta fuit, vt octo viderit nepotes, a quibus quinque superstites aui sui desideratissimi mortem nunc deplorare coguntur, quorum nomina recensebo.

Primus Vir Praeclarissimus, Doctissimus ANTONIUS DITERICUS, iuris vtriusque Licentiatus, inferioris iudicii Procurator, atque praeturae prouincialis Actuarius Meritissimus, anno lxxv. a. d. xiv. Nouemb. in lucem editus est. Alter Vir Iuuenis Nobilissimus, patris atque aui vestigia strenue premens, HENRICUS ALBERTUS CAROLUS natus est an. lxxvii. a. d. xxv. Januarii. Tertia SOPHIA DOROTHEA an. lxxviii. a. d. xxii. April. in vitam intrauit, nuptias auspiciasimas cum Viro Nobilissimo, omnique laude florentissimo, CHRISTIANO FRIDERICO KÜHN, mercatore primario an. xci. celebravit. Quarta MARIA CAROLINA luce donata est an. lxxv. a. d. x. Martii, et quinta JOHANNA CHRISTIANA ELEONORA an. lxxix. a. d. xxviii. Nov. est progenita.

Vt in vita domestica omni prosperitatum genere affluxit: ita etiam decoribus multis enituisse et ciuilibus et publicis, mirum videri potest nullis, qui non nesciunt, quanto ingenii acumine, quanta peritia, quanta dexteritate, quanta fidelitate, quanto denique studio de communi salute optime promerendi fuerit praeditus. E re sua esse iudicabat, ex collegio, cui erat adscriptus, vt se fit in illam mercantium societatem, quae a Nouagardia nomen traxit suum, recipi passus. Verum enim vero quum scirent, a quibus se segregauerat, pristini collegae, quantus vir esset, illum sibi denuo vindicare studuerunt, et in Seniorum sui collegii ordinem anno xlix. mense Jul. receperunt. Nec a se impetrare poterat, vt hanc sibi honorificam electionem respueret. Respuit eo minus, quo maiore flagrabat cupiditate, patriae suae inferuendi, et quo grauiora sunt illa munera, quorum obeundorum sibi spartam impositum iri praeuidebat. Quum saepius eius collegae illum in suis confessibus communem omnium oratorem constituerent: hoc grauissimo munere ita functus est, vt omnes rerum ciuiliu, quam habebat, accuratam cognitionem, facundiam singularem insignem animi magnitudinem, studiumque indefessum magni haberent, nihil, quod partium suarum esse rebatur, negligendi, cunctaque, quae exigenda erant, negotia ita conficiendi, vt omnium plausum mereretur, illoque dignissimus haberetur. Neque ingratum illi, cui nil iucundius erat, quam opem miseris hominibus ferre, eorumque indigentiam subleuare, contigit, quum anno lv. praeficeretur ptochotrophei, in quo pauperes foeminae aluntur, quod principio destinatum erat, vt homines sanarentur pustulis laborantes, vnde etiam antiquum illi hodie adhaeret nomen.

Quoniam in omnibus iis negotiis publicis sese & ciuibus suis et reipublicae patribus Amplissimis de meliore commendauerat: dici vix potest, quanta communis omnium fuerit laetitia, quum anno lxxx. a. d. xx. Februarii ad senatoriam euehebatur dignitatem. Gratulabatur sibi respublica Senatorem modestum, benignum, rerum ciuiliu maxime peritum, ad quaeuis magna efficienda paratissimum, eique ipsi nouum honoris theatrum, in quo meritis, quibus iam splendebat, maximum cumulum accessurum esse et sperabat et facile augurari poterat. Quam quidem suum non sefellit augurium. Florebat virili aetate. Florebat et corporis firma valetudine et animi dotibus praecclaris, vt a natura tributis, sic diuturna exercitatione, indefessa diligentia rerumque multarum usu insigniter expolitis atque cultis. Praestare igitur poterat multa, et vt potuit, ita etiam voluit, praestititque. Omnia illa grauissima, quae quasi in cursu senatorio vsque ad consularem magnificentiam sensim sunt obeunda munia, alacriter suscepit, administravit sapienter, confecit feliciter. Primum cura suscipienda erat aerarii, cuius pecunia nautae, qui in piratarum forte manus inciderint, e seruitute redimerentur; suscepit fideliter. Postea praesidium inter illos ei oblatum est, qui aedificia publica

LBMV Schwerin 33
000 189 715



4

J
b.

primarium in illa vrbe ita etiam negotiandi scientiae peritissimum. Nec causa fuit, quod sui consilii, aut huius electionis illum poeniteret. Etenim sub illius viri auspiciis omnia, quae illi demandabantur, negotia tanto studio, tanta fidelitate, tanta denique peritia exegit, vt non tantum illius, cuius doctrina instituebatur, cuique inferuebat, sed omnium quoque reliquorum, quibus innotuit, favore haberetur dignissimus. Peracto sic Francofurti feliciter biennio, reuocatus a patre, primum australes Germaniae Rheoque in primis adiacentes regiones, postea Hannoveram Castellisque inuisit, atque in patriam reuertit vtilissimarum rerum cognitione adeo imbutus, vt patris spem de se conceptam non impleret tantum, sed quoque superaret. Quantum enim in negotiis suis exsequendis adiumentum filius sibi afferret, quum pater experientia sane sibi dulcissima edoctus esset, eodem, quo reuersus erat in patriam, anno iussus est Gedanum proficisci, vrbe paullo ante Russorum feroci exercitu obsessam misereque vexatam, tum temporis ab hac luctuosissima obsessione liberatam, atque ob restauratam libertatem gaudiis affluentem suauissimis. Praeclara sua indole omnes, quos adibat, amicitiae hospitiique vinculo secum coniunxit arctissime, negotia, quae pater illi demandauerat exsequenda, feliciter confecit omnia, et postea vrbe illa celeberrima relicta, Montem Regium abiit, ibique, noua amicitia cum mercatoribus primariis contracta, maritimo cursu Hafniam petiit, Daniaeque urbibus atque oppidis paullo celebrioribus salutatis, et ubique rebus suis bene gestis, sub anni eius finem Lubecam terrestri itinere reuersus est.

Non tantum autem postea patri fuit adiumento, sed sibi proprium aliquem campum quasi aperuit, in quem posset exspatiari, vt fruges, quas ipse sua sibi manu seuerat, colueratque, ipse etiam sibi meteret atque in suam ipsius vtilitatem colligeret. Quia nunc sua sibi vendidit saluberrime, nunc emit mercimonia: diuino suffultus auxilio omnia, quae conabatur, e voto sic sibi succedere et videbat et laetabatur, vt e paterna domo exiens, alteram, quam sua pecunia emerat, incolere singularemque rem domesticam instituire atque exornare posset. Qualem et quantum minaretur futurum mercatorem, ex huius ordinis hominibus primi animaduertebant illi, quorum collegio nomen antiquum est a Scandia. In quod recepto illi nil magis curae erat cordique, quam eo contendere, vt res suas mercatorias amplificaret, nouas vias inueniret, in quibus, quantum peritia, quantum solertia, quantum dexteritas denique valeret, vel suo exemplo posset ostendere. Neutiquam itinerum molestias atque pericula metuebat, sed ad illa suscipienda promptus erat atque alacris, si inde aliquid vtilitatis in se redundaturum esse sentiebat. Quapropter anno xxxvi, negotiandi ergo Stralsundiam profectus est, et quum in hoc emporio, quae volebat, ea assecutus esset, celoce adscensa, ventis secundis nauigauit in Sueciam. Quo in regno plures menses transigere eo minus dubitauit, quo maiorem sibi opportunitatem oblatam esse intelligebat, quum mercatoriae artis scientiam augendi suam, tum fontes sibi aperiendi nouos, e quibus olim commoda haurire posset maxima. Quae quidem illi se opportunitas non tantum obtulit, sed illa etiam sic visus est, vt sibi rebusque suis optime prospiceret. Quum e Sueonia in patriam rediisset, non otio se dedit, sed vacauit industriae, nec molestias iterum refugit, quae cum itineribus erant coniunctae, quorum prius anno xxxvii, postea an xl. Stetinum fecit, inuisitque Berolinum, Potsdampium aliasque celebriores Marchiae vrbes et sic tandem, itinere illo peracto, nec postea nouo suscepto, Lubecam se recepit.

Omnia illi huc vsque e voto contigerant, nec hariolabatur, sibi instare anno xliii. tot aduersitates, quibuscum colluctandum sibi esset. Quas inter patris carissimi obitus in primis tristitiarum erat plenissimus. Fato, nescio quo funesto illi, a quo genitus erat, a quo educatus, cuius quum tenero amore tum consilio prudentissimis delectatus adiuuante diem xv. Nov. eripiebatur. Quanto etiam affligebatur moerore; tamen diuino solatio recreatus se virum pro cuius animum vt prospera fortuna non efferret, ita aduersa non infringeret. Quo matris, tristissimae afflictionem mitigaret, se illi in mercatura faciendam, quemadmodum pater iusserat, socium adiunxit, nec quicquam fuit prius, nil antiquius, quam omnibus viribus eo conniti, vt haberet mater blandissima, quo posset vulnere omnino sanare, tamen maxima ex parte lenire.

Sed nube tandem pulsa, candidiorem diem oriri postero anno vidit, quum ante diem ii. Decembris cum v. Nobilissima, omnibusque, quae sequiorem sexum exornant, virtutibus conspicua, CHRISTIANA SOPHIA Viri admodum reuerendi JOHANNIS ALBERTI CORDEMANNI, qui sacro pastoris munere Lemfoerde in phalia summa fidelitate fungebatur, matrisque HEDWIGIS BARBARAE, sororis Consulis Magnifici AUGUSTI MONIS LINDHOLTZII, de Lubecensium republica immortaliter meriti, matrimonii vinculo se coniungeret. quidem coniugii felicitas tanta fuit, vt non tantum eius posterum, qui nunc viuunt, sed etiam serissimi nepotes alii illius animo recordaturi sint laetissimo. Quamquam filium vnicum breui post natiuitatem demortuum lugere men illi filia suauissima animo non minus quam corpore praestantissima, SOPHIA HEDWIGIS nata est, vnicum vnicum eius in virili et senili aetate solatium. Nil ipsi contingere potuit optatius coniugio, quo filiam illam suam Nobilissimo, Clarissimo ABRAHAMO GÜTSCHOW, mercatori primario, qui vt iam de republica magnis meritis ita maioribus existet conspicuus, quemque nominare est laudare, anno lxxv. a. d. xxxi. Januarii felicissimo iunxit. Cuius connubii fecunditas tanta fuit, vt octo viderit nepotes, a quibus quinque superstites aui sui de tiffimi mortem nunc deplorare coguntur, quorum nomina recensebo.

Primus Vir Praeclarissimus, Doctissimus ANTONIUS DITERICUS, iuris vtriusque Licentiatus, inf. iudicii Procurator, atque praeturae provincialis Actuarius Meritissimus, anno lxxv. a. d. xiv. Nouemb. in lucem est. Alter Vir Iuuenis Nobilissimus, patris atque aui vestigia strenue premens, HENRICUS ALBERTUS ROLUS natus est an. lxxvii. a. d. xxv. Januarii. Tertia SOPHIA DOROTHEA an. lxxviii. a. d. xxii. April. intrauit, nuptias auspiciatissimas cum Viro Nobilissimo, omnique laude florentissimo, CHRISTIANO FRIDRICH KÜHN, mercatore primario an. xci. celebrauit. Quarta MARIA CAROLINA luce donata est an. lxxv. a. d. x. et quinta JOHANNA CHRISTIANA ELEONORA an. lxxix. a. d. xxviii. Nov. est progenita.

Vt in vita domestica omni prosperitatum genere affluxit: ita etiam decoribus multis enituisse et ciuilibus publicis, mirum videri potest nullis, qui non nesciunt, quanto ingenii acumine, quanta peritia, quanta dextera, quanta fidelitate, quanto denique studio de communi salute optime promerendi fuerit praeditus. E re sua esse, bat, ex collegio, cui erat adscriptus, vt se sit in illam mercantium societatem, quae a Nouagardia nomen traxit recipi passus. Verum enim vero quum scirent, a quibus se segregauerat, pristini collegae, quantus vir esset, sibi denuo vindicare studuerunt, et in Seniorum sui collegii ordinem anno xlix. mense Jul. receperunt. Ne impetrare poterat, vt hanc sibi honorificam electionem respueret. Respuit eo minus, quo maiore flagrabat cupis patriae suae inferuendi, et quo grauiora sunt illa munera, quorum obeundorum sibi spartam impositum iri praebat. Quum saepius eius collegae illum in suis confessibus communem omnium oratorem constituerent: hoc g. mo munere ita functus est, vt omnes rerum ciuilium, quam habebat, accuratam cognitionem, facundiam singularem, insignem animi magnitudinem, studiumque indefessum magni haberent, nihil, quod partium suarum esse rebatur, gligendi, cunctaque, quae exigenda erant, negotia ita conficiendi, vt omnium plausum mereretur, illoque digni haberetur. Neque ingratus illi, cui nil iucundius erat, quam opem miseris hominibus ferre, eorumque indigni subleuare, contigit, quum anno lv. praeficeretur ptochotrophei, in quo pauperes foeminae aluntur, quod praedestinatum erat, vt homines sanarentur pustulis laborantes, vnde etiam antiquum illi hodie adhaeret nomen.

Quoniam in omnibus iis negotiis publicis sese & ciuibus suis et reipublicae patribus Amplissimis de n. commendauerat: dici vix potest, quanta communis omnium fuerit laetitia, quum anno lxxix. a. d. xx. Febru. fenatoriam euehebatur dignitatem. Gratulabatur sibi respublica Senatorem modestum, benignum, rerum ciu. maxime peritum, ad quaeuis magna efficienda paratissimum, eique ipsi nouum honoris theatrum, in quo n. quibus iam splendebat, maximum cumulum accessurum esse et sperabat et facile augurari poterat. Quam quidem non fefellerit augurium. Florebat virili aetate. Florebat et corporis firma valetudine et animi dotibus praeclaris natura tributis, sic diuturna exercitatione, indefessa diligentia rerumque multarum usu insigniter expolitis atque t. Praestare igitur poterat multa, et vt potuit, ita etiam voluit, praestititque. Omnia illa grauisima, quae in cursu senatorio vsque ad consularem magnificentiam sensim sunt obeunda munia, alacriter suscepit, administravit, ter, confecit feliciter. Primum cura suscipienda erat aerarii, cuius pecunia nautae, qui in piratarum forte man. ciderint, e seruitute redimerentur; suscepit fideliter. Postea praesidium inter illos ei oblatum est, qui aedificia p.

